



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

16 de Superuiuentia filiæ patri post pactu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tiarum iuramenti perpendamus causas, vt puta iudicium & iustitiam, quæ interuenire debent, c. *Et si Christus, de iureiur. cum siml.* & tamen non adfunt in hoc pacto iurato filia & patris, relictissime gratiam fieri temerari iuramenti dicemus. ¶ Proinde si constat ipso facto, filiam fuisse deceptam, tunc vel sola presentia patris arguit metum, l. *cum virum, de regula. cap. cum dilectus, de vis qua vi metusve causi. si sum. a contr. sen. qui dedit causam contractui, & nulli consequenter reddidit, l. *Et eleganter, de dol. P. pariter & accessorium iuramentum, c. accessorium, de reg. iur. in 6.* Ne quod vna via prohibitum est directo per obliquum in fraudem legis probetur, c. *prudenciam, & ca. praxerea, de offi. deleg. Loratio, de sponsa. P.* Et ita etiam Federicus con. 194. incip. *quaritur, an domina & Margarita*, restringit decisionem ca. quamuis pactum, in filia enormiter, id est, præter modum læsa, vt ex eo, quæuis non probentur a patre interuenientes minæ vel verbera, metu præsumitur contractum & iuratum. Quem sequitur Ancharanus ad regul. *accessorium, in 6.* ¶ Responsum ¶ in iure est, solam & nimiam reuerentiam liberi (qui similis in obsequiis filii est) vt constat ex tit. *de obseq. a liber. Et li. par. & patro. prest. si probentur liquido improbare promissionem ab eo patrono factam, l. i. §. que oneranda, quar. rer. act. non da.**

De iuramento, quod in renuntiatione successione interuenit, & de Gratia eiusdem. Cap. 15.

1. Iuramentum promissorium seruandum, quare.
2. Iuramenti renuntiationis a filia factæ au dari possit absolutio, & seq.
3. Omnino verbum quid contineat.
4. Renuntiatio filie dote contenta ex quibus causis iuramento non obstanti rescindatur.

¶ Summus ¶ Pontifex in c. quamuis pactum, sexto loco vim maiorem pacti renuntiationis filia constituit in iuramento. Quod maius habet vinculum obligationis, veluti cum Deo promissione facta, l. 2. *de reb. cred. C. ca. est Christus, de iureiur.* & cum scriptum sit, non peierabis, reddes Deo iuramenta tua, Exo. 20. *Leui. 29.* Proinde seruanda quæ iurata seruari possunt sine detrimento salutis æternæ, ca. *quamuis, de pac. in 6. ca. cum dilectus, de his que vi met. cau. et si damnum temporale imminet, plus est enim anima, quam corpus, l. sancimus nemini, 17. de sacrosan. eccle. C. D. Math. c. 6.* Satagit & ecclesia sacrosancta iuramenta seruari, c. *mulieri, c. ex literis, in ca. de iureiur. ca. cum contingat, eo. c. licet, eod. in 6. item & lex ciuili, auth. sacramenta puberum, si aduers. vend. l. fin. vt iurandi, de oper. lib. P. l. qui iurasse, de iureiur. in P. Neque perituis via aperienda est, ca. *cum dilectus, de his que vi met. causi. inuncta gl. que similia citat l. 2. C. de ind. vid. sol.* Et gratia non nisi ex maxima causa fieri potest: cum id quod expresse Deus per se vel per prophetas sancit, non possit a legislatore alio tolli vel mutari, ca. *sunt quedam, 25. q. 1. §. sed naturalia, de iur. na. gen. & eius.* Et quod superior admittit, inferior non potest infirmare, §. *interim, de defen. ciuit. in auth. c. cum inferior, de maio. & obed.* Item iuramentum spiritualis potest restringi, cap. *dece nimis, de iud. c. cum ad verum, ad ca. satis euidenter, 96. dist.* Possunt ad confirmationem istius iuramenti alia plura conferri, quæ tractabimus Deo fauente proprio loco de iuramento, in probationibus iudicialibus, quæ non referam. ¶ Sed ¶ interim explorabimus, num ab hoc iuramento renuntiationis, filia absolutionem possit petere. Et melior visa est opinio eorum qui negant: quam pluribus rationibus firmat Georgius Natha, in *Rep. c. quamuis, 3. colum. 14.* ¶ 1. Quia ¶ textus c. *quamuis*, tradit omnino iuramentum esse seruandum: verbum autem, *omnino*, impedit omnem opelem & remedium exceptionis, gl. in *c. fin. de off. & pot. iudi. delega. in 6. in verb. omnino, glo. in clem. 1. in verb. omnino, de vit. & hon. cler.* Et verba generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda, l. *si seruius, de serui. verb. pred. l. 1. §. pen. de alea ius. & aleat. & affirmatiua omnino, omne, totum includens nihil excipit, l. Instans, de leg. 3. l. balista, ad Trebell. P.* Quomodo modum contraria negatiua vox nullo modo negat generaliter, & ideo prohibet dispensationem, glo. in *clem. in his. in verb. nullo modo, de vit. & hon. cler. 2.* Cumque verba sint intelligenda cum effectu, & vt aliquid operentur, c. *relatum, de cler. non reg. l. 3. §. hac verba, de neg. gest. l. si quando, de le. 1.* excludenda est dispensatio. Alioquin verba quæ de iuramento apposita sunt in c. *quamuis* essent perperam apposita, cum illud dispensatione eludatur. 3. Auth. sacramenta puberum, si aduer. vend. C. ait irruocabiliter sacramenta puberum & iu-*

rata pacta eorum obseruanda esse. Item Innocentius 3. respicit, nec iuramentum per summum pontificem remitti posse in preiudicium alterius, sine legitima causa, Inno. in c. *inier. de renuntiat. gl. & doli. in c. quanto, de iureiur. in ca. auctoritate, 15. q. 6.* Quia inquit Panor. cons. 12. v. *vol.* iuramentum est de iure diuino, ca. *est Christus, de iureiur.* ¶ Causam ¶ tamen legitimam ad rescindendam remissionem iuratum putant, læsionem filia vel minorem ætatem, ex quibus posse dari absolutionem iuramenti arbitrantur, Panor. cons. 12. circa si. v. *volu.* Ancha. in c. *canonum statuta, in 11. ar. princ. de conf. lafon in auth. sacramenta puberum, si aduer. vend. 9. & 10. col. quamuis Ancha. se sibi contrarius in cons. 433.* Et ita etiam iudicatur, vt absolutione iuramenti petita, læta enormiter, id est supra dimidiam partem legitimæ debita, restituatur in integrum, in c. *l. fin. inuncta gl. in ver. ex magna cau. qui & aduers. quos in integ. restit. non per. lib. 2. C. in. 42. l. si superstitie, de dol. C. & l. 2. C. de res. in. vendi. Et ita Bartholom. Challanæus ad §. 12. vers. sed postea, §. §. de testam. in consuet. Burg. quoque probat. Quia immodica læsio concludit dolum præiuratum, arg. l. *omnes que in frau. creditor. §. Lucius, mand. P. l. qui testam. de proba. l. si quis cum aliter, de ver. obl.* Neque hic adferenda in contrarium præsumtio, per quam non putatur patrem voluisse fraudare filiam, propter propensum singularemque animum & amorem in liberos, l. *consilio de curat. furio. l. si quidem, quod met. cau. P.* Nam præsumtio eliditur, vbi veritas contraria apparet, l. *cum de ind. bito, de probat. in P.* Accedit, quod is qui ex beneficio legis aut consuetudinis heres est, vndique suum ius imminutum habere debet, arg. l. *si patronum, de bo. lib. 1. P.* Quinimo qui contentus accepto successione renuntiauit, potest nihilominus legitimam petere supplementum, l. *quando, §. generaliter, & ibi Ias. & l. heres instituta, de inoff. testam. C.* Quomodo modum si filia dote contenta excludatur per statutum a successione, potest petere supplementum legitimæ, si minus idoneam dote accepit a patre. Et Socinus cons. 150. citat quinque Doctores, qui pro hæsententia consulerunt: atque secundum hanc iudicatum sæpe refert Challanæus ad §. 12. *de succo. ad ver. ne resourne, vers. in contrarium tamen, in consue. Bar.* Quia dos debetur in locum legitimæ, l. *quoniam nouella, de inoff. testa. C. & legitimæ supplementum proculdubio peti potest, l. omnimodo, & l. cum scimus, eod.* quamquam Socinus in prædicto loco referat 20. Doctores in contrariam sententiam declinasse.*

De Superiuentia filia patri post pactum. Cap. 16.

1. Filia renuntians, an nepos ex ea admittatur ad petitionem successione sui.
2. Iuramentum quando obliget heredes iurantis.
3. Nepotes non obstanti renuntiatione matris succedere possunt an ex propria persona.
4. Filia, qua renuntiauit successione, dote accepta, nõ potest præterita ex petri contra testamentum patris quare.

¶ Septimo ¶ loco, axioma nostrum renuntiationis valida exigit, vt filia superiuiat patri. Nec plane quæstio est in fructifera, an nepos exclusa filia per renuntiationem, ab auti bonis quoque excludatur. Et Bal. & Salyc. in l. maximum vitium, de lib. præter. C. excludi putant, Bar. in l. 2. ad Tertullia. in l. *liberorum, de ver. sign. Soc. cons. 3. col. 2. vers. versio probatur.* Cynus in l. 1. *que sit lon. con. C. & alii quos recenset Arnol. Ferronus ad §. 12. de testa. in cons. Burdeg.* quam sententiam Ferronus sequitur, non adhibita distinctione, an patri superiuerit, vel moriatur filia. Quia exclusa filia, censentur exclusi eius liberi, vt bona remaneant in familia & nomine maiorum, & nepos vocatur ex persona patris, §. *neque illo, de trien. & sem. in auth.* Sunt tamen aliqui, qui nepotem admiserunt, præ mortua viuenti auo filia, quos refert Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. Bar. in l. qui superstitis de acquir. her. red. & Sylua cons. 108. admittit Bald. cons. 1. lib. 2. & Perusinus in d. l. de quibus, de leg. 1. & Franc. a Ripa, lib. 2. *respon. respon. 6.* Tractatur hæc quaestio ab Aretino, Baldo, Decio, Castr. in l. pactum, de collato. C. a Salyc. eto, in l. pactum, C. de pact. & per alios citatos per Ferronum ad §. 13. *de testa. in consuet. Burdeg.* Sed verior est sententia prior: quia iuramentum a matre præiuratum nõ debet nocere filiis, ca. *cum contingat, in fine inuncta gl. de iureiur.*

¶ Et ¶ quamuis iure communi pactum transeat ad heredes 2 in temporalibus, in leg. veteres, de contrahendis stipulationes, Cod. tamen iuramentum matris non potest filios obligare, vt non possint ex sua persona succedere, arg. ca. 1. *de des. impub. in 6. obli.*

obligat enim iuramentum animam iurantis, & non eius qui confentit. *ca. vni. §. 2. Nec potest heres conueniri ex iuramento defuncti. c. fin. de foro compe. in 6.* Et semper iuramentum ex parte iurantis est personale. *Panor. in c. veritatis. num. 3. de iur. iur. quomuis quis iurauerit pro se & heredibus. Felin. in c. cum sit generalis. colum. 6. de for. comp.* Ceterum si tutius erit vti distinctione Guid. Papæ: aut liberi veniunt ex persona propria, & tunc possunt petere aut legitimam non obstantem renuntiatione matris: aut veniunt vt heredes matris, & tunc non possunt petere. *Guid. Pap. q. 227. num. 2.* Quod si pater præmoriatur filia, tam valida est renuntiatione superioribus circumstantiis vallata, vt testamentum patris, in quo ea est præterita quæ renuntiauit, non possit ratione præteritionis per eam dici nullum. *Bart. in l. Gallus Aquilus. §. quid sit tantum. de lib. & posthu. Chass. ad §. 12. ad verb. ne retourne point. vers. Et hoc fit. de successions. in cons. Burg. Paul. Castr. in cons. 214. incip. si dicta domina. & cons. 5.* Etenim tali filia præterita non debetur legitima. *Bal. in l. maximum vitium. de lib. præter. C. quia per renuntiationem omnino filia se alienam a successione fecit. Pet. Jacob. in tit. de condit. ex l. omnimodo. & Guid. Pap. q. 295. & 598.* Et videtur sub renuntiatione generali & iuramento omnis modus succedendi repudiatus. Neque ne potes viuentem matrem, sed ea præmorta, aut testamentum, in quo nihil illis relictum est, possunt dicere nullum. *Guid. Pap. in d. quest. 598. num. 2. Petr. Jac. de condit. ex leg. omnimodo. ex testamento cumulata. vers. sed nunquid filius. videndus. Bald. ad l. si. C. de pat. Bar. ad l. qui superstitis. de acquir. hered.*

Notabiles casus, in quibus Filia dote contenta non obstantem renuntiatione succedere potest. Cap. 17.

- 1 Filia dotata renuntians paternis, succedit maternis, nisi eis quoque renuntiet.
- 2 Filia, quæ renuntiauit successioni, potest succedere patri vel matri conuolanti ad secundas nuptias in lucris prioris matrimonii: item sublati ius, in quorum favorem exclusa erat: item si extraneus sit heres, vel non existente masculo in eodem gradu: nec excluditur per legitimatum: succedit item si instituta a patre, nisi statuto excludatur dotata. Succedit & fraternis, nisi fratrum successioni quoque renuntiauerit. *nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 9.*
- 3 Donari causa mortis a patre potest filia dotata a successione per statutum excludi.
- 4 Legitima supplementum petere filia potest non obstante renuntiatione, & si sola & metu renuntiauit.

Explicitum est axioma renuntiationis, quæ reicit filiam renuntiantem a petitione successione: operæpretium est, vt exceptiones adiciamus, & casus tradamus, in quibus non obstantem renuntiatione succedit. Primum itaque filia a patre dotata, a matris successione non repellitur: quia censetur tantum dotata ex bonis paternis. *Accurs. Paul. Castr. Bald. P. Corneus. in l. 1. de leg. hered. nisi ab utroque sit dotata & nominatim renuntiauerit paternis & maternis. §. 2.* Filia quæ bonis paternis & maternis renuntiauit, si postea pater vel mater altero parentum eorum decedente superstitis conuolauerit ad secundas nuptias, & ita locus factus sit leg. feminae, & leg. generaliter de secund. nupt. C. potest succedere non obstante pacto in lucris illis, quæ habebat ille vel illa, pater vel mater conuolans ad secundas nuptias ex bonis prioris præmortui coniugis, & quæ tenetur relinquere liberis prioris matrimonii. *Alexan. Immo. consi. 39. Decius. consi. 579. Rom. consi. 485. Ferrer. ad tit. de test. §. 16. in consuet. Burdeg. Quia hoc ius illi quæsitum est post renuntiationem, & proinde ea non extenditur ad illud. l. 2. de stat. lib. P. l. Arrelius. §. testamentum de li. agnos. P. Item lucra repetentis secundum thorum existantibus ex prioris liberis, deferuntur ad liberos, non vt ad heredes, sed tanquam filiis. *Auth. heres. de sec. nupt. C.* Et sic etiam concludunt Oldradus. *consi. 194. & Guid. Pap. decif. 228. Decius. consi. 399. Salycetus. ad l. generaliter. §. illud. de se. nupt. & Ferronus. in d. §. 16.* Sed neque filia renuntians de hoc casu cogitauerit: id eo ad eum non extenditur renuntiatione. *l. mater. C. de inoff. testa. aut iuramentum. in fin. C. de non num. pec. & l. fin. qui satisd. cog. P.* Erit iudicatum notat Guido Pap. *d. dec. 228. arg. l. hac consuet. §. 3. Si in fauorem fratrum & agnatorum, filia dotata excludatur statuto a successione patris, & mortui fratres vel agnati sint, neque alii ex illis superstitis, potest**

non obstante renuntiatione succedere & hereditatem petere. Item si heres extraneus sit institutus, potest supplementum petere: quia priuilegium excludendi filias agnatis datum, non est exteris communicandum. *l. si modica. §. Et si filius. de bon. libe. Quomuis existant agnati, sed institutus sit extraneus. Quia paria sunt, agnatos non esse, vel non succedere. Pau. Castrensem. consi. 348. Ioan. Imol. in l. Gallus Aquil. §. Et quid sit tantum. de lib. & posthu. §. 4.* Statutum, quod filia dotata excluditur, intelligitur existente herede masculino eiusdem gradus, cuius est filia non de inferiori, vt neque filia excludatur per neptem ex filio feminam, secundum Paul. Castrensem. *consi. 47. vol. 1.* De quo tamen dubitat Ferronus, *ad §. 14. de test.* Sed firmat Chassaneus, *ad §. 12. & ad ver. on en fants mas les. vers. Et istud dicit. tit. des successions. in cons. Burg.* quia inclusio masculi excludit feminam. *c. nonne bene dicimus. de presum. nec credendum est statutum vel patrem voluisse neptem filia præponi. l. si viua matre. C. de bon. mair.* Nisi filius qui neptem reliquit, adierit antequam moreretur hereditatem patris mortui: nam proculdubio transfert ius quæsitum in filiam propriam, vt proprium patrimonium patris non vt aut. *§. 5.* Filia dotata exclusa per statutum, non excluditur per filium legitimatum solummodo. *Soc. consi. 246. vol. 2. Bald. & Barb. in l. cum antiquissimi. C. de fideicom. multa. Prepositi. ad c. per venerabilem. qui si. fin. legi. Ferro. ad d. §. 14. §. 6.* Filia renuntians pacto patri & fratribus, ea non obstante renuntiatione potest succedere, si a patre instituitur. *Felin. in c. si diligenti. colum. penul. de for. compet. Ias. in l. fin. 7. col. de pact. C. ubi respondet ad rationem, quod ius videtur fratribus quæsitum. Idem Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. Et ibi Bart. Alex. Aret. Ioan. Imol. facit text. in c. 2. de renuntiat. in 6.* Quia pater instituendo, & iuramentum, & pactum remittere videtur, quod facere potest, c. præterea. de spons. alioquin adimeretur disponendi libera facultas. *contra l. si fratres. §. idem respondet. pro soc. P.* Et hic fauor præfertur fauori filiorum masculorum. *l. 1. de sacrosan. eccles. cuiusque est legem tollere, cuius est condere. l. 1. & si. C. de legi. §. Et licet volentibus contra-* hentibus a contractu discedere. *l. ab emtione. de pact. P. l. i. quan. lic. ab emt. dis. C.* Ceterum, si statuto filia dotata a successione patris excludatur, ea ex testamento patris, vel nomine heredis capere non potest. Quia iam quæsitum est ius fratribus, imo nec substitui per fideicommissum potest fratri. *Chassa. ad §. 12. des successions. in ver. Et n' entend non point. num. 6. ubi alios citat auctoritates sententia.* quia heres fideicommissarius habere videtur, non ab instituto, sed ex testamento instituentis. *l. cohæredi. §. cum filia. de vulg. l. si is qui. eod. P.* Veruntamen placuit, mortis causa donatione, sine Titulo hereditario, etiam in hac statutaria prohibitione, posse patrem filiam donare, & ita pluribus probat Chassaneus, & aduersarias rationes plures dissoluit. *Chassa. ad d. §. & ad ver. ne autre donation. n. 12. 4. 6. 7. 8. 9. & seq. §. 7.* Per renuntiationem hanc dote accepta, filia non excluditur a successione fratrum, & si bona a patre processerint, nisi & frater successioni expressse renuntiauerit, *idem eod. ad ver. Et n' enten. Iason. in leg. eius qui §. stipulatus. in §. col. si corr. para. P.* Quia hereditas paterna postquam adita est fratribus, non amplius hereditas, sed eorum patrimonium est. *l. sed si plures §. filio. de vulg. P. l. 1. §. Præterea. de separa. l. Titius testamento. de ius quib. vt indig. cum simit.* Et ita consuluit Ludovic Roman. *consi. 168. in 1. dubio.* Et Franc. Aret. *consi. 161. colum. 2.* Postremo si filia non obstante renuntiatione succedit patri, si de supplemento agat legitimæ, de dolo, de deceptione: vt superioribus capitibus iam expositum est. *sup. ca. 14. num. 2. & seq. & c. 15. num. 4.*

De secunda specie Acquisitionis successione per epistolam. Cap. 18.

- 1 Donatio per epistolam & nuntium fieri potest.
- 2 Littere de creance fidem faciunt inter mercatores.
- 3 Heredibus directo alia voluntate quam testamentaria relinquere non potest, per fideicommissum contra.

Inter species donationis non ambigitur esse validam eam, quæ vel per epistolam. *gloss. 1. in leg. non ambigi. C. de donat. vel per nuntium speciali mandato fit. Guid. Pap. decif. 222. num. 2.* nam & per epistolam quæri obligatio est responsum est, *in leg. final. §. final. de actio. P. Pap. leg. publica. 26. §. primo. deposit. habitacione personarum & negotiorum, & dummodo confiter de ea epistola, & quis eam miserit. Sic enim solus consensus exigitur, nec valde desideratur, vt dies vel cõsul. vel subscriptio ad-*